Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8479
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Gloria in excelsis deo et in terra pax hominibus bone
uoluntatis. Laudamus te. Benedicimus te. Adora
mus te. Glorificamus te. Gracias agimus tibi ꝓpter mag
nam tuam glam. Domine deus rex celestis deus pater om
nipotens. Domine fili unigenite ihu xpe altissime. Do
mine deus agnus dei filius patris qui tollis pcta mundi mise
rere nobis. Qui tollis pcta mundi suscipe deprecacionem no
stram. Qui sedes ad dexteram patris miserere nobis. Quoniam
tu solus sanctus. tu solus dominus. tu solus altissimus ihu
xpe. cum scto spiritu in gla dei patris amen.

Credo in unum deum patrem omnipotentem factorem celi
et terre. uisibilium omnium et inuisibilium. et in unum
dominum ihm xpm filium dei unigenitum et ex patre natum
ante omnia secula deum de deo lumen de lumine deum uerum
de deo uero genitum non factum consubstancialem patri ꝑ quem omnia
facta sunt. qui ꝓpter nos homines et ꝓpter nram salutem descendit
de celis. et incarnatus est de spiritu sancto ex maria uirgine et homo factus
est crucifixus etiam ꝑ nobis sub pontio pylato passus et sepul
tus est. et resurrexit tercia die secundum scripturas. et ascendit in ce
lum sedet ad dexteram patris. et iterum uenturus est cum gla
iudicare uiuos et mortuos. cuius regni non erit finis. et in spi
ritum scm dominum et uiuificantem. qui ex patre filioque pro
cedit. qui cum patre et filio simul adoratur et conglorificatur.
qui locutus est ꝑ prophetas et unam scam catholicam et apostolicam
ecclam. confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum et
expecto resurrectionem mortuorum et uitam uenturi secli amen.